

EPITAPHIUM
HEROS ILLUSTRISSIMUS,
ROBERTI

Comitis de WARWICK
Inscriptum
Filio verè Illustrissimo

Roberto Domino Ricardi

Reo non ejusdem Nominis & Praenomini
Tertio COMITI de WARWICK

Siste paululum Lector
ROBERTUS RICH
Comes de Warwick
heic situs est.

Comes & idem Dominus,
Dives & idem Bellicosus
A gemino nomine geminum Symbolum
Fortunæ ferens & Virtutis.

Et utriusq; certe
Compendiosum fuit elogium,
Qui locupletissime
Virtutes titulis & titulos virtutibus
Instauravit.

Ut in Otij Sudo feriaretur à negotij Turbidis
Secessit:
Ruri frequentius egit admodum tamè eraturbanus,
Privatus plerumq; vixit,
Nemo tamen popularior evasit,
Scilicet secedentibus hoc Lucro est Heraiibus,
Ut quò magis Domi latere velint,
Et conspectus suis Popularibus elucescant

Publicis igitur Temperatibus ingruentibus Angliæ,
Rebus maritimis Thalassiarcho præficitur;
Experta est diu prius Republica Patriotam,
Extrinsecus; veluit experiri tandem Palinurum

Sic Ille Constantis Warwickius Admirallus audivit,
Ubi non tantum Fortuna quantum fama velificavit
Et utramq; tamen adeptus est.

Cæptis enim victricibus, adeo venti volentes
aspiraverunt,
Et cum populo Pelagus & cum Pelago Populum
reciprocabantur,

Ut mirere tot manibus unum præfuisse caput,
Aut tot capito potius unum morigerari manui.

Postremo vero postquam nubila nimbosq; serenasset,
Et NERONI Tridentem Britannicæ
Britanniamq; sibi reddidisset
Pace foras, Familiasque cum Prole domi stabilitas,
Ad orearum satur ac Dierum,

Circiter Septuagesimum secundum senectutis annu
Instar manipuli segetis mature succinus est,
Ut ab Angelis collectus & asportatus.
In Aeternitatis horreo recondetur.